



3

14

5

3



Casa	
Gab.	3
Est.	14
Tab.	5
N.º	3



JOHANNIS HEVELII  
EPISTOLA,  
DE  
COMETA,

Anno M DC LXXII, Mense Martio, & Aprili,  
GEDANI  
Observato.

Ad

*Illustrem & Celeberrimum Virum,*  
DN. HENRICUM OLDENBURGIUM,  
Reg. Societ. Secretarium,  
Amicum honorandum.



*Cum Privilegio Sac. Cæsar. & Reg. Polon. Majestatum.*

GEDANI  
Auctoris TYPIS, & sumptibus  
Imprimebat SIMON REINIGER,  
ANNO M DC LXXII.



JOHANNIS HEVELII

EPISTOLA

DE

COMETA

ANNO M DC LXXII, Mense Martio, & Aprilii,

G E D A N I

Observato.

AL

Illustrum & Celebratissimum Virorum

DN. HENRICUM OLDBURGIUM,

Reg. Societ. Secretarium,

Amicis honorandis.



Cum Privilegio Sac. Caes. & Reg. Potest. Maximae

G E D A N I

Auctoris Typis, & sumptibus


Impressor Simon Reimer,

Anno M DC LXXII.



V I R O  
ILLUSTRI, ATQ; CELEBERRIMO,  
D N. H E N R I C O  
O L D E N B U R G I O,  
R E G. S O C I E T. S E C R E -  
T A R I O,

J. H E V E L I U S S.



**N**ovum Sidus Crinitum in æthere nuper emicuisse, non solum ex posterioribus literis meis, die 9 Martii ad Te datis; sed sine omni dubio à Vestris, Cœli nempe Strenuis Metatoribus haud minus jam percepisti. Cùm autem non nisi paucula quædam, quæ uno aut altero tantum die, post ejus exortum, deprehenderam, eo tempore significaverim, volui quanto citius, postquam nunc curriculum suum Cometa planè absolvit, Illustrissimam Nostram Societatem, quæ aliàs mirificè rebus Cœlestibus, earumque Observationibus delectatur, de iis omnibus, quæ de isto Cometâ, tam Telescopiis longioribus, quam Instrumentis majoribus mihi annotare feliciter obtigit, pro nodis cum pluribus officiosissimi obsequii, quibus Illi sum adstrictus, lubens certiozem facere. Quod ut spero, Tibi usque adeò ingratum haud fore, sic pro Tuo erga me benevolo affectu, cum promptissimâ officiorum meorum oblatione, hæc qualiacunq; Illustrissimæ Societati decenter offeras; deinde etiam suo tempore judicium Ejus summum de his nostris, nec non vestras ipsas, aliorumque Observationes hujus phænomeni haud gravatim exponas, etiam atque etiam rogo. Ego si quicquam ulterius potero, nihil pro modulo meo intermittam, tum quod ad Scientiam Sideralem promovendam, tum ad honorem Vestrum spectare videbitur: quò Vestro favore perfrui porrò nunquam non mihi sit licitum.

Ut autem ab ovo exordiar, Cometa primum hîc Gedani in conspectum venit, die secundâ Martii st. n. vesperi, haud procul à dextro pede Pegasi. An alibi citius, & quonam Cœli loco, deprehensus fuerit? hucusque nondum à quopiam intellexi; nec altius hæc vice indagere volo: an multò citius in oculos incurrere potuerit? & quâ parte Cœli primum suum reverà exortum celebraverit?

*Illustrisf. Reg. Societ. nunc aliquantò plenius Observationes recentioris Cometae Auctor exponit.*

*Auctor officia sua debita porrò promittit.*

*Quo tempore Cometa Gedani deprehensus fuerit.*



*Auctor à 6 Martii Cometam observavit.*

*Quo Caeli loco Cometa initio visus fuerit, & quo motu incerserit.*

*Qua die Eclipticam supergressus sit.*

*Quosnam Asterismos Cometa peragraverit.*

*Quodnam iter, qua Eclipticam Cometa carpservit.*

*Quandiu Cometa duraverit.*

*Cometa initio vespertinus & matutinus extitit.*

*Capitis Cometicæ magnitudo, color, & lumen.*

*Cur Cometa adeo debilis, & obscurus extiterit?*

*Cur Caudam hic Cometa perbreve habuerit?*

braverit? Ego illum ante 6 Martii vesp. Instrumentis debitis observare, cum præcedentibus diebus domo abfuerim, haud potui; ab hac verò die singulis ferè diebus, quoties tantum Cœli annuit benignitas, accuratè illum rimatus sum.

Deprehendi itaque Cometam initio inter Caput Andromedæ, ejusq; annulum Catenæ versari, motu verò semper directo incedere, secundum scilicet seriem Signorum, & quidem diurno 2 Grad. 30 minut. ferè, sub circulo propemodum maximo, atque principio sub latitudine Boreali 35 ferè Grad.; quæ tamen Latitudo, tum motus quoq; proprius indies paullatim diminuebatur. Quippe ultimis diebus, die videlicet 9 Aprilis Eclipticam supergressus, factus est Meridionalis, motu tamen longè remisiori sub finem, ad Caput, seu potius Galeam Orionis usque; quo loco illum ultimò conspexi. Atque ita progressus est, secundum Asterismos per Andromedam, ejusque Cingulum, inter Alamac, sinistrum scilicet pedem Andromedæ, & Triangulum, sub Capite Medusæ, ad sinistrum pedem Persei, propè ejus binas Stellulas, supra Plejadas, & Caput Tauri, ad radicem utriusque ejus Cornu, per Limbum superiorem Clypei, Galeam usque Orionis. Juxta verò Signa Zodiaci, & quidem Longitudinem latus est hicce Cometa, à die nempè 6 Martii, ex 7 Grad. Arietis, per Taurum, 20 Gr. usque Geminorum, sub Latitudine Bor. initio 35 penè Grad.; quæ tamen Latitudo indies quoque, ut diximus, sensim decrevit, donec die 9 April. ipsam Eclipticam transferit; deinde in hemisphærio Australiori visus adhuc est ad 21 Aprilis, sub Latitudine 10 propemodum Grad. Sic ut in Tramite suo, motu secundum Zodiaci ductum, à die 2 Martii, ad 21 Aprilis, 50 videlicet dierum spatio, quo continuè fulsit, plus quam integrum circuli Quadrantem emensus fuerit, primùm motu aliquantò velociori, postea autem tardiori: quemadmodum ex subsequente Tabellâ clariùs erit percipere.

Initio apparitionis non solum vespertino, sed etiam matutino tempore optimè erat conspicuus, 20 imò 25 usque Martii, ab hoc verò tempore non nisi vesperi post Occasum Solis apparuit. Caput haud usque adeo magnum, quæ nudos oculos præ se ferebat; per Telescopia tamen illa longissima satis amplum, Jovis ferè discum adæquans, colore tamen subflavo, vel potius sublivido, & aliquantò obtusiori videbatur. Quòd autem non admodum vivido & vibranti lumine apparuerit, atque leviter tantum oculos Observatorum strinxerit; ratio est, quòd tenuiori materiâ constaret. In medio quidem unicum nucleum referebat; sed pariter aliquantò tenniorem, & obscuriorem; ad hæc, cum in sublimiori æthere, uti ex certis quibusdam indiciis conjicio, circa Solem ferè cursum suum transegerit, tum in minimâ semper à Sole Digressione, & Elongatione, & quod præcipuum, totâ duratione ejus, sub ipso crepusculo visus fuerit, sæpius etiam Lunâ splendente, fieri profectò haud aliter potuit, quam quod corpore parvus, lumine debilis, & colore lividus, ut ut sine omnidubio per se inter maximos numerari meretur, quæ apparentiam deprehensus fuerit. Hinc quoque accidit, quod caudam tantummodò brevissimam nobis ostenderit, licet reipsâ longissimam præ se tulerit. Quippe, ut diximus, Soli fuit omni tempore propinquissimus, principio circa 2 Martii vix 15 Gr. à Sole, quæ Longitudinem removebatur; sub finem verò unico Signo haud ampliùs; adeò ut totâ suâ duratione, 50 videlicet dierum intervallo, quo à nobis hic Gedani animadversus est, quasi circa Conjunctionem respectu nostri & Solis, ver-



lis, versatus fuerit: imò nisi tantam Latitudinem Borealem continuò obtinisset, cauda vix ulla nec initiò apparuisset. Nam in Conjunctionibus Solis, Caudam omninò omnem Cometæ exuere, ut ut reverà habeant procerissimam, latisimam & densissimam, indubitatum planè est; plerumque iisdem temporibus hirsuti solummodò circumcirca apparent, Caput quasi in medio Caudæ ostendentes: id quandoque fieri utique etiam posse, ac etiam factum esse, Libro VIII, pag. 536 in Cometographiâ nostrâ demonstravimus. Hic autem Cometa, cùm principiò, sub notabili Latitud. Boreali incenserit, caudam nihilominùs aliquam exhibuit, nunquam tamen duobus Gradibus majorem, sed plerumque minorem, quando vel maxima extitit; sæpiùs enim longè etiam brevior, vix unius Grad. ostendebat; superveniente etiam Lunâ, præsertim majori lumine imbutâ, circa nempe Plenilunium nec ullum Caudæ vestigium apparuit.

*In Conjunctionibus Solis, Cometarum Cauda omninò evanescit.*

*Longitudo apparentis Caudæ Cometicæ.*

Ex quo evenit, ut eo tempore vix à paucissimis nudis oculis animadversus fuerit, ut ut lyncei extiterint. Ego tamen illum per totam durationem, quotiescunque tantùm Cælum favit, non solum Telescopiis, sed & aliis maximis nostris Instrumentis Astronomicis, ut res illa meritò poscit, ab initiò ad finem usq; probè illum contemplatus sum: sic ut Cursum ejus, quem in hac Delineatione descripsi, optimè assequutus fuerim: rigidiori tamen Calculo Observationes nostras haud subjeci, nec subicere hâc vice volui: cùm aliis gravioribus occupationibus, & contemplationibus rerum Cœlestium modò distingar, tum etiam in Cometarum negotio, testante Cometographiâ nostrâ, satis jam me desudasse, atque officio nostro functum esse, autem. Alii, quibus plùs suppetit otii, poterunt, si ita placet, etiam aliquam operam huic rei navare, atque omninò exquisitiùs cujusvis diei Cometæ Longitudinem, Latitudinem, Declinationem, Ascensionem Rectam, Angulum Orbitæ, nec non punctum Intersectionis, etiam ipsas genuinas parallaxes, Distantiasque à Terrâ, hujus haud vulgaris Criniti Sideris eruere, prout in reliquis Cometis omnibus hætenus observatis, tum in Mantissâ Prodromi Cometicæ, tum ipsâ Cometographiâ nostrâ abundè à nobis est peractum.

*Auctor & Telescopiis, & Instrumentis sapiens Cometam rimatus est.*

*Cur Auctor hunc Cometam Calculo subicere noluerit?*

Interea tamen laxiori ratione, ex Globo, tam loca hujus Cometæ secundùm Longitudinem, & Latitudinem, ad singulos dies, quàm motum proprium ejus, Tibi, aliisque rerum Cœlestium cupidioribus in antecessum, priusquam exquisitiùs Calculo ea exploraveritis, tradam; sed, ut jam inculcavi, nonnisi rudiori modo, quantum ex Globo illa omnia derivare, ac dijudicare mihi licuit: attamen, ut ut haud anxie à me quæsitæ sunt omnia, vix multùm à vero scopo me aberrasse puto, tam respectu sui situs, Lineæ itineris, quàm etiam Anguli Orbitæ & Eclipticæ, nec non puncti Intersectionis. Angulus autem hicce, ut & Nodus, prout cæteris Cometis omnibus usu venit, pariter à nobis deprehensus est, haud fuit semper, toto durationis tempore constans; sed de die in diem se se variarunt: Angulus quidem Orbitæ Cometæ & Eclipticæ sensim crescendo; Nodus verò assidue retrocedendo. Initiò namque sub 10 Martii Angulus Orbitæ deprehensus est 37 Grad. 15 minut. ferè; circa 30 Martii 38 Grad. 30 minut. & ultimâ Mens. April. 39 propemodùm Grad. At punctum intersectionis principiò in 14 Grad. Geminorum; ultimò verò in 10 Grad. 20 minut. Geminorum versabatur. An nunc hæc probè absque omni Calculo fue-

*Auctor cursum Cometæ crassiori tantummodò Minervâ hâc vice tradere voluit.*

*Angulus Orbitæ, ut & Nodus variabiles extiterunt.*



lo fuerim auguratus, Tu cum aliis Uranicarum rerum Expertibus, debito Calculo peracto, experieris.

Quò accuratius  
investigari pos-  
sint omnia, Au-  
thor haud pau-  
cas Observatio-  
nes Astrophilis  
lubens commu-  
nicat.

Quò autem eundem eò accuratius ponere possint Astrosophi, qui præ aliis his sublimibus delectantur contemplationibus, ipsas genuinas, nudasq; Observationes nostras omnes, hinc Gedani obtentas, his attexam, tam quæ Octante nostro æneo 8 vel 9 ped. quæ radium & Quadrante, quàm quæ Tubis diversissimis, 12, 20 imò 50 ped. atque etiam quæ postremò ex filaribus extensionibus, quando ob Lunam, & vividius crepusculum aliter haud licuit, obtinuerim: atque sic commodè nemini non liceat, omnia & singula, simul quæ ad apparentem, simul verum motum hujus Cometæ pertinent, investigare, examinare, nec non hocce Crinitum Sidus, cum reliquis hujus generis æthereis corporibus conferre. Sed benè advertas velim, priusquam Observationes nostras Calculo subjicias, ut in antecessum loca nonnullarum Fixarum, quæ præ aliis in Catalogo Tychonico valdè nutant, præprimis Lucidum latus Persei, Lucidam Cinguli Andromedæ, &c. debite corrigas; secus, profectò, jugiter à vero aberrabis, nec Observationes Cometæ unquam inter se conciliabis. Quod si autem admonitionem nostram benè attenderis, non dubito quin affatim evadat manifestum, etiam hujus Cometæ phænomena universa, per nostram Hypothesin in Cometographiâ traditam, nec non Cursum ejus, per lineam propemodùm rectam, vel potius sectionem quandam Conicam, & quidem in æthere, omnium optimè posse salvari, pariter leges nostras nec hunc Cometam, ut cæteri omnes præcedentes, neutiquam respuere.

Admonitio ad  
Astronomos de  
corrigendis qui-  
busdam Fixis.

Auctor neutiquam dubitat, hunc Cometam, per hypothesin suam posse ab omnibus inconvenientiis liberari.

## OBSERVATIONES

Cometæ, Anno 1672,

GEDANI

JOHANNHE HEVELIO

habitæ.

Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambul.			Observationes Cometæ.	Distantia & Al- titudines.			Tempus ex Al- titud. correctū.		
	Hor.	Min.	Sec.		Or. & Quad. Grad. Min. Sec.	Hor.	Min.	Sec.		
Martii 6 Die ☉ vesp.	7	22	0	Altitudo Lucida ♃	27	28	0	7	29	8
	7	29	45	Eadem altitudo	26	18	0	7	37	8
	7	40	0	Distantia Cometa, à Lucidâ ♃ Altitudo Cometa	33 5 5 16 30 0		7	48	0	
	7	53	0	Dist. Cometa, à Lucidâ Cathedra Casiopeæ Altitudo Cometa	22 58 30 14 20 0		8	2	0	
	8	43	0	Distantia Cometa, à Lucidâ ♃	32 59 20		8	53	0	
	9	0	0	Distantia Cometa, à Lucidâ Cathedra Casiopeæ, sed dub. ob corporis Cometicæ tenuitatem. Altitudo Cometa	22 52 45 8 0 0		9	10	0	
	9	6	30	Altitudo Lucidi pedis Andromedæ	26 17 0		9	18	8	
	9	9	30	Eadem altitudo	25 57 0		9	20	48	
			Cometa, Caudam duorum ferè Gradum ad Stellam in dextrâ manu Andromedæ exporrigebat.							
Martii 7 Die ☽ mane	3	13	0	Altitudo Cauda Cygni	34 43 0		3	20	26	
	3	16	0	Eadem altitudo	35 5 0		3	23	22	

Distantia Co-  
meta à Fixis.

Directio Cauda  
Cometicæ.

Oblér-



Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Observationes Cometæ.	Distantia & Al- titudines. Or. & Quad. Grad. Min. Sec.			Tempus ex Al- titud. correctū. Hor. Min. Sec.			
			Grad.	Min.	Sec.	Hor.	Min.	Sec.	
Martii 7 Die D manè.	3 25 30	Dist. Cometa, à Lucidâ Cathed. Casiopea Altitudo Cometa circ.	22	35	40	3	32	0	
	3 42 30	Distantia Cometa, à Schedir Casiopea Altitudo Cometa circ.	21	41	35	3	50	0	
	3 56 0	Distantia Cometa, ab Extremâ ala Austri- na Cygni Altitudo Cometa circ.	32	55	5	4	4	0	
	4 22 0	Distantia Cometa, ab Extremâ ala Austri- na Cygni Altitudo Cometa	32	58	25	4	31	0	
	4 33 30	Distantia Cometa, à Schedir Casiopea Altitudo Cometa	21	41	40	4	43	0	
	5 9 20 5 11 20	Altitudo Aquila Eadem altitudo	30 58 0 31 16 0	5	19	56	5	22	20
Martii 7 Die D vesp.	7 25 40	Altitudo Lucidâ V	26	58	0	7	28	56	
	7 28 30	Eadem altitudo	26	36	0	7	31	28	
	7 36 0	Distantia Cometa, à Lucidâ V Altitudo Cometa circ.	31	10	5	7	40	0	
	7 51 20	Dist. Cometa, à Lucidâ Cathedra Casiopea Altitudo Cometa circ.	22	7	45	7	56	0	
	8 1 30	Dist. Cometa, à Lucidâ Cinguli Andromeda Altitudo Cometa circ.	14	48	35	8	8	0	
	9 15 45 9 18 0	Altitudo Capella Eadem altitudo	53 41 0 53 20 0	9	23	16	9	25	32
		Cometa comam ad Brachium dext. Andro- medæ projeciebat.							
Martii 8 Die M manè.	2 51 0	Altitudo Cauda Cygni	32	23	0	2	58	16	
	2 53 30	Eadem altitudo	32	42	0	3	0	40	
	4 9 0	Distantia Cometa, ab Extremâ ala Austri- na Cygni Altitudo Cometa circ.	35	5	55	4	16	0	
	4 20 30	Distantia Cometa, à sinist. Genu Pegasi Altitudo Cometa circ.	17	27	15	4	28	0	
	4 33 40	Distantia Cometa, à Lucidâ Cathed. Casiopea Altitudo Cometa circ.	21	56	25	4	42	0	
	4 40 0	Distantia Cometa, à Schedir Casiopea Altitudo Cometa circ.	20	25	45	4	49	0	
	4 45 30 4 47 20	Altitudo Cauda Cygni Eadem altitudo	47 50 0 48 8 0	4	53	52	4	56	0
	5 3 0	Caput Cometæ crescere aliquantū videba- tur; Cauda verò Lucidam Cathedrae Casiopeæ versùs excurrerebat. Cometa adhuc visus nudis oculis	Altitud. 18 30 0	5	12	0			
Martii 10 Die Z vesp.	7 28 0	Altitudo Palilicii	40	23	0	7	32	29	
	7 30 15	Eadem altitudo	40	8	0	7	34	52	
	7 38 0	Distantia Cometa, à Lucidâ V Altitudo Cometa circ.	25 28 25 21 30 0	7	42	0			
	7 52 0	Distantia Cometa, à Lucidâ Cathed. Casiop. Altitudo Cometa circ.	21 0 20 20 0 0	7	54	0			
	8 1 0	Dist. Cometa, à Lucidâ Cinguli Andromeda	8 51 15	8	2	0			
	9 52 40 9 56 0	Altitudo Capella Eadem altitudo	48 8 0 47 39 0	9	51	16	9	54	52

Cometa in V.

Quorsum Cauda  
fuerit exporre-  
ta.Caput Cometa  
aliquantū cre-  
vit.



Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambul.			Observationes Cometæ.	Distantia & Al- titudines. Ost. & Quad.			Tempus ex Al- titud. correctū					
	Hor.	Min.	Sec.		Grad.	Min.	Sec.	Hor.	Min.	Sec.			
Cometa Cauda breviori visus.	Martii 10 Die 7 vesp.				Cauda aliquantō nunc brevior, inter Schedir, & finistrum Genū Casiopeæ, quantum dijudicare eo tempore licuit ex- tendebatur. Caput è contrario, beneficio Tubi Optici paul- lulum crescere videbatur. De reliquo, inter horam 11 & 12 noctis ingens Globus igneus ad Ostium Vistulæ ex aere cecidit, absque ullo tamen fragore. Quā die post Merid. ibidem etiam Parelīi conspēcti sunt.								
Globus igneus, ut & Parelīi observati.	Martii 14 Die 7 vesp.	7 40 15		Altitudo Capella	*	62	42	0	7	48	24		
		7 46 0		Eadem altitudo		62	50	0	7	54	16		
		8 0 0		Distantia Cometa, ab Algol Medusa		20	59	55	8	9	0		
				Altitudo Cometa	circ.	23	30	0					
		8 13 0		Distantia Cometa, à Lucid. Cathed. Casiop.		22	53	55	8	23	0		
				Altitudo Cometa	circ.	22	0	0					
Cometa in Tan- ro.		9 6 45		Altitudo Capella		50	55	0	9	16	56		
		9 10 10		Eadem altitudo		50	27	0	9	20	16		
	Martii 15 Die 7 vesp.	7 17 0		Altitudo Capella		67	23	0	7	19	16		
		7 19 0		Eadem altitudo		67	0	0	7	21	56		
		7 27 30		Distantia Cometa, ab Algol Medusa		18	47	5	7	32	0		
				Altitudo Cometa	circ.	29	0	0					
		7 40 0		Distantia Cometa, à Lucidā Cathed. Casiop.		23	47	5	7	46	0		
				Altitudo Cometa	circ.	27	30	0					
		8 34 0		Distantia Cometa, à Lucid. Cathed. Casiopea		23	54	25	8	41	0		
				Altitudo Cometa	circ.	20	0	0					
		8 41 0		Distantia Cometa, ab Algol Medusa		18	41	45	8	50	0		
				Altitudo Cometa	circ.	19	0	0					
		8 58 30		Altitudo Capella		51	47	0	9	7	8		
		9 0 40		Eadem altitudo		51	28	0	9	9	24		
Directio Cauda.				Caudam Cometa ad binas stellulas sub Ala- mac direxit.									
	Martii 16 Die 7 vesp.	7 53 0		Altitudo Palilicii		34	12	0	7	59	14		
		7 59 0		Distantia Cometa, ab Algol Medusa		16	23	25	8	5	0		
		8 11 0		Distantia Cometa, à Schedir Casiopea dub.		20	23	20	8	18	0		
		8 45 0		Distantia Cometa, à Schedir Casiopea		20	23	45	*8	52	0		
				Altitudo Cometa	circ.	19	45	0					
		8 52 0		Distantia Cometa, ab Algol Medusa		16	27	35	9	0	0		
				Altitudo Cometa	circ.	18	30	0					
		9 5 0		Altitudo Capella		50	23	0	9	13	22		
	Martii 18 Die 8 vesp.	8 11 0		Dist. Cometa, ab Algol Medusa		12	16	0	8	20	0		
				Altitudo Cometa	circ.	25	0	0					
		8 24 0		Distantia Cometa, à Schedir Casiopea		22	58	10	8	33	0		
		9 7 0		Distantia Cometa, ab illā ad Coxas Casiopea		24	49	40	9	17	0		
				Altitudo Cometa	circ.	18	30	0					
		9 13 0		Distant. Cometa, à sequente sinist. Pedis Persei		22	54	50	9	23	0		
				Altitudo Cometa	circ.	17	30	0					
		9 23 40		Altitudo Capella		46	37	0	9	33	9		
		9 26 30		Eadem altitudo		46	15	0	9	35	41		
Cū quibus Stel- lis Cometa in re. Et Linea depre- hensus fuerit.				Caudæ directio Brachium dextr. Persei versus incedebat. Lucida verò Cinguli Andromedæ, Cometa, & Oculis præ- cedens Medusæ, item, Alamac, Cometa, & Stella Boreal. in Triangulo, in Lineā propemodum rectā, conspiciantur; existente Caudā 1 ½ Grad.									



Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambnl.			Observationes Cometæ.	Distantia & Al- titudines.			Tempus ex Al- titudinibus cor- etum.		
	Hor.	Min.	Sec.		Grad.	Min.	Sec.	Hor.	Min.	Sec.
Martii 19 Die ☿ vesp.	7	52	15	Altitudo Palilicii	32	4	0	8	3	47
	7	56	30	Distantia Cometa, à seq. sinist. ped. Persei	20	48	25	8	6	0
	8	11	30	Distantia Cometa, ab illâ ad Coxas Cassiopea Altitudo Cometa circ.	25	56	10	8	19	0
	9	7	0	Altitudo Capella Cauda Cometæ ad Lucidiorem ferè in Humero Persei, sub quâdam inclinatio- ne, protendebatur.	48	48	0	9	13	39
Martii 20 Die ☉ vesp.	7	33	0	Altitudo Palilicii	34	41	0	7	40	51
	7	38	0	Distantia Cometa, à seq. sinist. ped. Persei Altitudo Cometa circ.	18	37	50	7	46	0
	7	42	0	Distantia Cometa, ab illâ ad Coxas Cassiopea	27	12	35	7	50	0
	7	45	0	Distantia Cometa, à seq. sinist. ped. Persei Altitudo Cometa. In refract. circ.	18	24	45	7	54	0
	9	53	0	Distantia Cometa, ab illâ ad Coxas Cassiopea Altitudo Cometa. In refract. circ.	27	17	35	10	2	0
	9	57	0	Altitudo Capella Directio Cauda, Caput Medusæ versus.	41	8	0	10	6	1
				Hâc die non solum Cometam Telescopio 12 & 20, sed & 50 & amplius ped, contemplatus sum. Brevioribus quidem multas diversissimas stellulas incognitas circa Cometam deprehendebam, sed longè plures Tubo illo longiori, inprimis in medio Caudæ binæ Stellulæ dilucidissime animadvertantur, quæ sanè Telescopio 12 & 20 ped, nusquam apparebant. Adhæc, de quo miraberis, longiori Tubo, & Cauda & Caput sive potius materia ejus longè tenuior & rarior, quàm minoribus Telescopiis, multò tamen distinctius & accuratius apparebant. Nucleum non nisi unicum totâ apparitione, quantum ob materiæ tenuitatem, nimiamque à Terrâ distantiam deprehendere dabatur, referebat. Materia autem illa, ut & totum Caput sensim indies magis magisque attenuata, & rarior reddita est.				Longioribus Telescopiis Materia Cometarum longè tenuior apparet.		
Martii 22 Die ☽ vesp.	9	30	0	Distantia Cometa, à seq. sinist. ped. Persei	13	57	25	Sed ruditer tantū		
	10	30	0	Distantia Cometa, à Schedir Cassiopea	29	35	10	Sed ruditer ob nubeculas.		
Martii 23 Die ♀ vesp.	8	1	0	Distantia Cometa, à Cornu Bor. ☿ Eadem distantia Altitudo Cometa circ.	31	53	10	8	4	0
	8	10	0	Distantia Cometa, à dextro Genu Cassiopea Eadem distantia Altitudo Cometa circ.	28	29	15	8	13	0
	8	18	0	Altitudo Palilicii	27	33	0	8	21	32
	8	20	15	Eadem altitudo	27	11	0	8	24	4
Martii 28 Die ☽ vesp.	8	56	0	Distantia Cometa, à Lucido Latere Persei Altitudo Cometa circ.	17	56	55	9	4	0
	9	9	10	Distantia Cometa, à Cornu Bor. ☿ Altitudo Cometa circ.	22	31	50	9	17	0
	9	36	0	Distantia Cometa, à Lucido Latere Persei Altitudo Cometa circ.	17	57	40	9	44	0
	9	43	30	Altitudo Capella	39	10	0	9	51	56
	9	47	10	Eadem altitudo Cometa haud procul à Calcaneo Persei deprehensus.	38	44	0	9	55	17



Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Observationes Cometæ.	Distantia & Al- titudines.			Tempus ex Al- titudinibus cor- rectum.		
			Ort. & Quad. Grad. Min. Sec.	Grad. Min. Sec.	Hor. Min. Sec.			
Martii 29 Die ☿ vesp.	9 0 1	Distantia Cometa, à Cornu Bor. ☿ Altitudo Cometa circ.	20 52 5	22 0 0	9 7 30			
	9 12 0	Distantia Cometa, à Lucido Latere Persei Altitudo Cometa circ.	19 6 55	20 30 0	9 18 30			
	9 16 0	Altitudo Capella Cometa, Triangulum quasi, cum binis illis in pede sinist. Persei stellulis constitue- bat.	42 37 0		9 22 26			
Martii 30 Die ♀ vesp.	8 27 30	Altitudo Capella	49 8 0		8 31 21			
	8 42 30	Distantia Cometa, à Cornu Bor. ☿ Altitudo Cometa circ.	19 29 5	25 0 0	8 46 30			
	9 3 0	Distantia Cometa, à Lucido Latere Persei Eadem distantia Altitudo Cometa circ.	20 12 5	21 30 0	9 7 30			
April. 4 Die ♃ vesperi		Barbam brevissimam ad Cornu ☿ Bor. excurrentem ostendebat.						
		Pes sinist. Aurigæ, Cometa, & binæ stel- lulæ in temporibus ☿, in lineâ ferè rectâ videbantur.						
April. 6 Die ♀ vesp.	8 54 0	Distantia Cometa, à Palilicio	4 42 0					
	9 4 0	Distantia Cometa, à Cornu Austr. ☿ Sed circiter tantum, ob summam corporis tenuitatem.	14 2 30					
	10 13 0	Altitudo Procyonis	22 9 0					
		Cometa, aded arctè stellulæ alicui Globo necdum adscriptæ adhærebat, ut vix Stel- lam dignoscere potuerim; erat tamen Cometa pauld Stellâ illâ inferior; sic ut horâ fe- rè 9 dicta Stella in ipsâ Educatione Caudæ subsisteret. Lumem Cometæ eousque erat at- tenuatum, & debile, ut vix ac ne vix amplius conspiceretur; observatus tamen adhuc est Octante illo Magno, sed Observationibus his vix plurimum tribuendum. Quippe per pinnacidia vix ac ne vix amplius in oculos incurrebat. Non quod reverà aded tenuiori corpore extiterit, sed potissimum propter Lunam adultam, & ad Plenilunium vergen- tem. Ex eo etiam accidit, quod ab hoc tempore, Instrumentis Cometam amplius ri- mari haud potuerim; sed solummodò Tubo illum assequutus sim, locaq; ejus per ex- tensiones filares denotaverim.						
April. 3 & 9 Die ♀ & ☿		Oculus Boreus, Cometa, & Cornu Bor. ☿ in Lineâ ferè rectâ deprehende- bantur.						
April. 10 Die ☉ vesp.		Cornu Bor. ☿, Cometa, & Palilicium rectam constituebant; de Cætero Boreal. Stellam ad radicem Cornu Bor. versùs pergebat, à quâ tum removebatur 1 Grad. 30 minut. ferè.						
April. 12 Die ☿ vesp.		Cometa inter binas stellulas, ad radicem Cornu Austr. ☿, in situ tamen pauld Bo- realiori, versabatur; sic ut Triangulum Obtusangulum cum dictis Stellis constitueret. Distabat ab Occident. 1 Grad. & ab alterâ 40 circ. minut.						
April. 14 Die ♃ vesp.		Hâc die, Cometa, conspicuæ erat magnitudinis; commorabatur inter plurimas minutissimas stellulas; Caudam tamen vix ullam conspeximus, nisi quod undique cir- cumcirca crispatus quasi appareret.						
April. 21 Die ♃ vesp.		Cometa, & nudo oculo vitus, & Telescopio observatus. Quoad situm, Lineam propemodum rectam, cum Calce & Genu Castoris Geminorum. Item cum Cornu Austr. & Bor. ferè ☿ constituebant. Item Palilicium, Cometa, & Brachium dextrum Orionis, pariter in Lineâ penè rectâ conspiciabantur; sic ut etiam ex hâc omnium postremâ Observatione locum Cometæ satis benè obtinuerim. A quò verò tempore, cum conti- nuò per aliquot dies, Cælum omnind nubilum extiterit, tum Luna rursus in conspe- ctum haud procul à Cometâ nobis prodierit, haud potuit Cometa ulterius, nec Tubo, in conspectum venire. An alii alibi illum diutiùs conspexerint, valde dubito.						



Die 18 Martii.

Die 15 Martii.

Cursus Cometae,  
Anno 1672 Mens. Mart. et April.

G. B. D. A. N. T.,  
Observatus, et Delineatus  
à J. Hevelio.

Cassiope.

Martii<sup>2</sup>

Perseus.

Andromeda.

Die 20 Martii.

Auriga.

Cometa  
Triangul.

Piscis B.

Pegasus.

Die 29 Martii.

Orbita

Aries.

Taurus.

Die Martii  
7 m.

Orion.

Aprilis.

Cete.

21 12 3





Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambul.	Observationes	Distantia & Al- titudines.	Tempus ex Al- titudinibus cor- reclum
----------------------	----------------------------------	---------------	-------------------------------	---

Cometa cū dua-  
bus stellulis Tri-  
angulum consti-  
tuebat.

Cometa in  $\gamma$ .

Exporrectio  
Caudæ.

Cometa in  $\Pi$ .

Cometa vix am-  
plius nudis ocu-  
lis observari po-  
tuit.

Arctissimus cō-  
gressus Cometa  
& Stellula.

Luna sæpius ad-  
spectum Cometa  
prohibuit.

Cometa cū qui-  
bus Stellis rectā  
constituerit.

Cometa inter bi-  
nas Stellulas.

Cometa omni se-  
cū Caudā exutus  
apparuit.

Quā die Cometa  
ultimō visus &  
observatus fue-  
rit.

Cometa in 19  
Grad. Gemino-  
rum.

Observatione locum Cometæ satis benè obtinuerim. A quō verò tempore, cū conti-  
nuò per aliquot dies, Cœlum omnino nubilum extiterit, tum Luna rursus in conspe-  
ctum haud procul à Cometâ nobis prodierit, haud potuit Cometa ulterius, nec Tubo,  
in conspectum venire. An alii alibi illum diutiùs conspexerint, valdè dubito.



TABULA  
Longitudinem, Latitudinem, Motumq; Cometæ  
Proprium ad singulos dies exhibens.

Mens. Dies st. n.	Longitudo Cometæ. Grad. Min. S.	Latitudo Co- metæ. Grad. Min.	Motus pro- prius. Grad. Min.	Mens. Dies st. n.	Longitudo Cometæ. Grad. Min. S.	Latitudo Co- metæ. Grad. Min.	Motus proprius. Gr. Min.
Martii 6	7 0V	35 0B.		April. 1	29 30Ø	8 0B.	
7	9 30	34 10	2 15	2	0 30II	7 0	I 48
8	12 10	33 40	2 19	3	1 20	6 0	I 43
9	14 50	33 0	2 23	4	3 30	4 40	I 37
10	17 30	32 20	2 26	5	5 0	3 40	I 30
			2 28				
Martii 11	20 10V	31 20B.	2 29	April. 6	6 10II	2 30B.	I 24
12	23 0	30 20		7	7 15	1 30	I 21
13	25 40	29 20	2 30	8	8 0	0 45	I 19
14	27 30	28 30	2 30	9	8 50	0 10A.	I 17
15	0 40Ø	27 0	2 29	10	9 40	1 0	I 15
			2 28				I 14
Martii 16	3 10Ø	26 0B.	2 27	April. 11	10 40II	1 50A.	I 13
17	5 30	25 20	2 25	12	11 40feri	2 30	I 12
18	8 10	24 10		13	12 40	3 20	I 10
19	10 30	23 0	2 22	14	13 30	4 20	
20	12 20	21 40	2 20	15	14 18	5 10	I 8
			2 18				I 6
Martii 21	14 30Ø	20 20B.	2 16	April. 16	15 5II	5 58A.	I 4
22	16 30	19 0	2 14	17	15 53	6 46	
23	17 30	18 0	2 12	18	16 41	7 34	I 2
24	19 30	16 45		19	17 27	8 22	I 0
25	21 10	15 20	2 10	20	18 15	9 7	0 58
			2 8	21	19 0feri	9 55	0 56
			2 7				
Martii 26	22 40Ø	14 10B.					
27	24 10	12 40	2 5				
28	25 20	11 45	2 3				
29	26 30	10 50	2 0				
30	27 30	10 0					
31	28 30	9 0	1 57				
			1 53				

Locus & Motus  
Cometæ.


Hæc sunt, Vir Honorande, quæ modò breviter, & generatim de hoc Co-  
metâ annotare, Vobisque, pro officio meo exponere volui, ac debui; alio  
tempore fortè fusiùs, atque enucleatiùs omnia sum peruestigaturus. Valete,  
& favete porrò Vestro Devinctissimo Socio, atq; Eruditionis, Virtutumq;  
Vestrarum Constanti Æstimatori, atque Cultori. Dabam Gedani,  
è Museo nostro, Anno à Nato Christo 1672,  
Die 27 Maji, St. n.

















HEVELI  
EPISTOL